

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Der Landes-Fürst in Rostock, Aus Macht- und
Gnaden-Briefen der Drey- und Vierzehenden
Jahrhunderten, Gegen die unnatürliche Verläugnung des
dasigen erbunterthänigen Stadt-Raths behauptet**

Ditmar, Gottfried Rudolf von

Wien, 1762

VD18 90521897

Num. 6.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10611

inter aggerem sancti Clementis & amnem qui decurrit ab amne Bartoldesdorfie ex parte altera eorundem vsibus assignamus. Preterea jura per portum ipsorum in Warnemunde & per omnes terminos dicte ciuitatis nostre versus campum, qui vulgariter marckschede nuncupatur, sepe dictis *Burgensibus nostris damus cum sua utilitate eternaliter possidenda* pro eo nos benignis affectibus suis respicientes, auxilium suum contra quoslibet nobis contumelias & gravamina irrogare volentes, *ut vero Domino suo de jure tenentur cum beneuolentia ministrabunt.* Ut autem *hec nostra collatio stabilis permaneat in eternum presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine iussimus roborari.* Testes hy aderant. Dominus prepositus Amilius, Dominus Henricus de sancto Jacobo, Dominus Wolterus de sancto Petro & Hinricus Capellanus noster, Clerici. Dominus Helf miles Domini Regis. Dominus Darwislaus, Dominus Wolterus de Conoiwe milites Gilews advocatus noster & alii quam plures. Acta sunt hec Anno Domini Millesimo CC. LXIII. Datum quarto ydus Octobris.

Num. 6.

Woldemari Domini de Rostock Verordnung,
Daß der Wall bey dem Bramower Thor niedergerissen, und nicht wieder
erbauet werden solle, d. d. Sexto Calend. Novembr. (ist der 27te Octobr.)
 anno 1266.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Woldemarus Dei gratia Dominus de Rostock, Omnibus presens scriptum intuentibus in Domino salutem & perpetuo robore duraturam, Racio veritati consona docet, ut acta temporum scriptis & sigillorum appensionibus sic seruemus integra, ne ab aliquibus postmodum incidente calumpnia valeant infirmari. Itaque ad noticiam omnium volumus peruenire, quod nos ad instantiam & dilectionem burgenfium nostrorum in Rostock. habitantium, Vallem apud portam Bramouu, a dilecto patre nostro ad Castrum edificandum inchoatam, propriam intuentes vilitatem, maturo ducti consilio decreuimus penitus destruendam, nec a nobis nec a nostris posteris amplius construendam, Ut hec ergo ordinatio stabilis & firma permaneat, presentem paginam nostri sigilli appensione tradidimus communitam, Hujus rei testes sunt, milites Dominus Gottanus, Dominus Johannes de Zuertze, Dominus Georgius, Dominus Egwardus, de Dechouu, Dominus Hermannus Mustito, Consules vero, Dominus Gherlaus, Thidericus Rufus, Hermannus Albus, Hinricus Scule, Hermannus de Lauue, Conradus de Magdeburgh, Andreas de Casuelde, Hinricus Sapiens, Conradus Paruus, Godefridus Dolcuot, Reynerus, Reynberti, Lutbernus, Hinricus de Butzouu, Vollandus, Ghernandus, Reynoldus de Staden, Thidericus de Grevesmolu. Acta sunt hec Anno Domini MCCLXVI. Sexto Kalend. Novembris.

Num. 7.

Woldemari Herrn zu Rostock Privilegium, *der*
Stadt Lübeck, wegen der Zoll-Freyheit in der Stadt Rostock und seinen
übrigen Ländern, wie auch wegen der Schiffbrüchigen Güter, ertheilet
d. d. XVI. Kalend. Augusti. (den 17. Julii.) anno 1267.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis. Woldemarus Dei gratia Dominus de Rostock, omnibus presens scriptum intuentibus in Domino salutem. Cum hominem ab initio sue creationis natura liberum formauerit, jus naturale tanquam omnibus aliis prolatum compleri volentes, dare libertatem esse credimus officii pietatis. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos inhabitatoribus civitatis Lubicensis, multis
b 2
ipforum